Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Capitul. Benedictus ds. R. Dns qui eripuit me. Dom. I. p(ost) octauā Pentecostes.

Inuitat. Regem magnum adoremus dn̄m. Minuit. ymn. Nocte surgentes.

Fuit vir unus de ramatha sophym de monte ephraym. & nom ei elchana. filius hieroboā. filii helyu. filii thau. filii suph ephrateus. Et habuit duas uxores. nom uni anna. & nom secunde fenenna. Fueruntq; fenenne filii. anne autē n̄ erant liberi. Et ascendebat uir ille de ciuitate sua statutis dieb(us) ut adoraret & sacrificaret dn̄o exercituū in sylo. T.

R. Deus omnium exauditor est ipse misit angelum suum & tulit me de ouibus patris mei & unxit me unctione misericordie sue.

V. Dominus qui eripuit me de ore leonis & de manu bestie liberauit me. Et unx.

Erant autē ibi duo filii heli. ofni & finees sacerdotes dn̄i. Uenit ergo dies & immolauit elchana. deditq; fenenne uxori sue & cunctis filiis & filiab(us) suis partes. anne autē dedit partē unā tristis. quia annā diligebat. dns q; concluserat uuluā ei(us). Affligebat quoq; eā emula ei(us). & uehementer angebat. in tantū ut exprobraret q(uo)d conclusisset dn̄s uuluā ei(us). R. Dominus qui eripuit me de ore leonis & de manu bestie liberauit me. Ipse me eripiet de manibus inimicorum meorum.

V. Misit deus misericordiam suam & ueritatem suam animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Ipse. Sicq; faciebat p(er) singulos annos. Cumq; redeunti tempore ascenderent templū dn̄i. & sic prouocabat eā. Porro illa flebat & n̄ capiebat cibū. Dixit ergo ei elchana uir suus. Anna cur fles. Et q(ua)re n̄ comedis. Et quā ob rē affligit(ur) cor tuū. Numquid n̄ ego melior sū t(ibi) quā decē filii. R. Ego te tuli de domo patris tui dicit dominus & posui te pascere gregem populi mei & fui tecum in omnibus ubicumq; ambulasti firmans regnum tuum in eternum. V. Feciq; tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Firmans. Surrexit autē anna postquā comederat in sylo & biberat. & heli sacerdote sedente sup(er) sellā ante postes templi dn̄i. cū esset amaro animo orauit dn̄m. flens largiter. & uotū uouit dicens. Dn̄e exercituū. si respiciens uideris afflictionē famule tue. & recordatus mei fueris. nec oblitus ancille tue dederisq; serue tue sexū uirilē dabo eū dn̄o om̄s dies uite ei(us). & nouacula n̄ ascendet sup(er) caput ei(us).

R. Montes gelboe nec ros nec pluuia ueniat super uos ubi ce